The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas ah
cum fonte primo

Ne imparatos fortuna nos deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si experti fuerimus quam non sit graue pauperes esse.

Exerceamur ad palum, et ne inparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris; securius divites erimus si scierimus quam non sit grave pauperes esse.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 18, 8 (L. Reynolds ed., vol.1, p.48, ll.17-20).

Ad paupertatem sua sponte descendere, preoccupare est tela fortune.

Seneca epistola XIX.

Liberaliora alimenta sunt carceris, sepositos ad capitale supplicium non tam anguste qui occisurus est, pascit: quanta est animi magnitudo ad id sua sponte descendere quod ne ad extrema quidem decretis timendum sit! Hoc est praeoccupare tela fortunae.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 18, 11 (L. Reynolds ed., vol.1, p.49, ll.7-11).